

an 4.

COELI MODERATORE

BENIGNE ANNVENTE

ET GVBERNANTE,

DUO LUMINARIA

MAGNA,

IN COELO ERFURTENSIVM

POLITICO EXORTA,

VIROS

DOCTRINA, AMPLITUDE, PRUDEN-

TIA, GRAVITATE AC MERITIS IN

REMP. SPLENDIDISSIMOS,

Dn. JACOBUM | Dn. JOHANNEM

BERGERUM, | HENRICUM FI-

TERTIVM CONSU- | SCHERUM, PRIMVM

LEM PRIMARIUM, | jam QVATVOR-VIRVM SUPREMVM,

CUM RELIQ. STELLIS AC LUMIN. SENATORIIS LUCIDISS.

SOLENNI INITIATIONIS,

III. FEBR. ANNO M DC LXII.

VOTIVIS APPLAUSIBUS

EXCIPIUNT

GYMNASII AVGVSTIN. DIRECTOR



AC PROFESSORES.

Typis Pauli Michaëlis,



TRANSITUS CONSULUM Anno 1662.

Herr Jacobus Berger.	}	Raths-Meister.
Herr M. Friederich Schaderthal.		
Herr Florian Böttiger.		
Herr Hieronymus Busch.		
Herr Johann Heinrich Fischer.	}	Bierherren.
Herr Egidius Jlgem.		
Herr Adam Breuter.		
Herr Diethrich Naef.		
Herr Philipp Ditmar.		
Herr Volckmar Zinck Eisen.		
Herr Balthasar Westermann		
Herr Volckmar Winsheim.		
Herr Heinrich Langguth.		
Herr Wolf Balthasar von der Weser.		
Herr Werner Schuemacher.		
Herr Johann Friedrich Körster.	}	Ungelderherren.
Herr Johann Georg Hesse.		
Herr Michael Mangold.	}	Zweyermänner.
Herr Andreas Koch.		
Herr M. Bartholomäus Weis.	}	Brückenherren.
Herr Balthasar Rudolf Schwengefeld		
Herr Jacob Berger.	}	Futterherren.
Herr Georg Ziegler jun.		
Herr Caspar Vogel	}	Unterbartherren.
Herr Hieronymus Hempel.		
Herr Lorenz Hesse.	}	Tuchmacher.
Herr Nicol Schulthes.		
Herr Hans Leisman.	}	Fleischer.
Herr Hans Backhaus.		
Herr Michael Weber	} wegen der	Küfner.
Herr Jacob Lindemann.		
Herr Hans Schneller.	}	Löder.
Herr Hans Schade.		
Herr Hans Frieße.	}	Schmide.
Balthasar Kranichfeldt.		
Friedrich Ulrich Leo.	}	Schuster.
	}	Schneider.
	}	Becker.
	}	kleinen Handwerker.
	}	Unter-Cämmerer.

DUÆ PARODIÆ:

una ad Horatii oden XXV. e lib. III. altera ad
libri I. oden XXI.

I.

QUò me, Musa, rapis tui
plenum? quàm insolitum nunc agor in melos
velox mente novâ? an volo,
BERGERI egregii *Consulis* audiar
æternum meditans decus
stellis inserere & *consilia ardua?*
O si insigne, recens queam,
ore indictum alio, quodq; sit ipsius
par *virtuti*, aliquid dare!
Dictu, quanta fiet. Non secus in jugis
ex somnis stupet *Evias*,
Hebrum prospiciens, & nive candidum
Thracen, ac pede barbaro
lustratam Rhodopen: ut mihi *providi*
BERGERI cata pectora
mirari lubet! O **CHRISTE** hominum potens
fatorumq; , fac illius
augustum officium vertere faustiter.
Nil durum, pavidò modo
nil infestet eum. Nulla pericla Te,
O *Vir magne*, premant, **DEUS**
cingat *pace* tibi tempora floridâ.

II.

FISCHERUM meritò dicite *Consulis*
collegam publicè dicite carmine,
Decantate *supremum*
Delectum Quatuorvirum.
Vos latantem animo, rebus, honoribus,
quicumq; aut gravidum mercibus in forum,
cives, aut ad agrorum
fines curritis infimi:

A 2

Vos

Vos omnes totidem tollite laudibus
votivisq; : mares, ferte precaribus
summo munere clarum.

Orate unanimes DEUM,
ut bellum lachrymosum, ut miseram famem
pestemq; a populo atq; hoc Quatuorviro in
Perlas atq; Sinenses
vestra motus agat prece.

ZACH. HOGELIUS

M. P. & Gymnasiarcha.

Illuxisse novam pronuper in aethere stellam,
Pervolitans urbem publica fama fuit.
Pallor? an illa novos Rectores innuit urbis,
Quos hac festa dies mittit in imperium?
Sic est. Resplendent patria DUO LUMINA MAGNA,
Non minus ac Leda sidera clara micant:
Castor ut & Pollux: quorum si stella refulsit,
E saxis refluit protinus unda maris.
Ominibus faustis surgunt BERGERUS itemq;
FISCHERUS, Clario lata canente Choro.
BERGERUS Consul virtute ac arte decorus,
Qui splendore suo quoslibet exhilarat:
Idq; habet assuetum moris, ne tristis ab ejus
Discedat facie, qui petit auxilium.
Nec modo jura fori scit dicere: reddere cuiq;
Ipso opere eximium praecipuumq; putat.
Scilicet Eusebium Cynosuram in quolibet actu,
Quin & consiliis omnibus esse sinit.
FISCHERUSq;, recens quem Quattuor-esse-Virorum
Supremum pietas jussit amorq; boni,
Lucifer auricomus* fato meliore refulget:
Cujus in exortu nubila diffugiunt:
Nubila pellentur, succedent clara, serena:
Ponet & in sicco molliter unda minas.
O salve, salve, LUMEN Venembile, salve,
ERFURTI sidus, sidereumq; decus!

*Bene omni-
nante signo
adum,
zum guldener
Stern.

Castora

Castora Pollucis fratris pietate redemptum
 Commemorat vatum maximus ille Maro,
 Tantus amor geminis fuit & concordia tanta,
 Alter ut alterius viveret interitu,
 Mutua vos pariter (quoniam sic postulat usus)
 Junctos perpetuò servet amicitia,
 Sic facile in nihilum versetur, quicquid ubiq;
 Consurget fraudis consiliq; mali,
 Sic Geranæ potest fausto hoc feliciter astro
 Per varia sortis currere puppis aquas,
 Faxit JOVA, potens orbis moderator & urbis,
 Ut LUX vestra diu nos regat & recreet,
 LUMINEq; in vestro Pax aurea vernet in urbe,
 Divini & Verbi LUCIFER irradiet:
 Nec tenebræ reâuces involvant pignora parva;
 Obruta quævis Satanas pectora cæcæ tenet,
 Ut miserabiliter medio sub lumine palpent,
 Splendorem lucis nec tolerare queant,
 Quos DELLS! ast absint à lætis omnia mæsta:
 Festa dies hæc est: Omnia fausta precor:
 Vivite, Vos STELLÆ Patriæ, lucete beati,
 Seriùs & vestram subtrahite jubar.

Sic Amplifs. ac Venerandis Dnn. Patronis suis
 sincero animo grat.

M. Samuel Boccius, Gymn. Senat. Con-Rect. n. n.
 Acad. P. P. ac p. t. Facult. Philos. Decan.

Amplissimo Senatui.

Salve festa dies; vos & salvete verendi
 Primores Urbis; gratissima Numina nostris
 Civibus; & vestris humiles quæ ponimus aris
 Seu votum, seu carmen erit, seu plausus; id omne
 In vestrum & meritum (placeat modò) tendit honorem.

Consultissimo Dno. BERGERO, Consuli Primario.

Bergero DEUS & Patriæ Patres iterum, omni
 Applaudente bono, Sceptra dedere pio,
 Est is grandis honos; sed onus quoq; grande futurum est
 Illius, huic satis haud quilibet esse potest.
 Nam quantas curas, & quantos ille labores,
 Seu lux sit, seu nox atra minetur, honos.

Ad.

Adde, quod ingratus mercedem solvere mundus
 Pro grato ingratum sæpè labore solet.
 Sed quid? onus quodcunq; imponit Jova ferendum est,
 Et grave, si vires suggerit ille, leve est.
 Quod Deus ut faciat, Tibi jam, cui Patria cordi est
 Et pietas, toto pectore ritè vovet.
 Atq; ego, Vive, vire Consul nove, sospes in annos
 Sis multos, Fautor suspiciende, precor!

Prudentissimo Dno. FISCHERO, Quatuor-Viro Supremo.

N Ec Fischere Tibi lætis occurrere votis
 Cesso, Supremus qui Quatuor-Vir eris.
 Cresce, viresce novis titulis, & honoribus aucte;
 Curia per Te stet, floreat atq; diu.
 Horrescat quicunq; obtrecta, quiq; pudoris
 Immemor, infenso rodere dente solet,
 Suppeditet vires Summi Moderator Olympi,
 Fortiter ut possis munus obire tuum.

*M. Johann. Melch. Starckloff/
 Gymnas. Senator. Collaborator.*

JACOBUS BERGERUS: JOHANNES HENRICUS FISCHER.

ἀναγραμ.

ἀναγραμ.

ΤΩ, ΚΥΡΙΟΣ ΒΡΑΒΕΥ' ΕΡΙ: ΠΙΣΕΡΑΡΧΗΣ ΝΤΝΕ' ΚΟΙΝΟΣ,

A ὡς ἀρετὴ φαίνει κατὰ αὐλίου εἶπε σοφίης,
 ἤμεν ἀπυγάζει φαίδιμον ὡς τὸ κέρας.
 Ὅτι δίκη κατὰ τῶν σέλλει μηρύγματ' ἐπαίνων,
 ἐντεῦθεν κείνη τ' εὐχῶ ἀνῆκε τόσον.
 Ἀλλὰ ἐπ' ἂν σέ βέβαιος συγγινώσεν οἰσμός
 τῆς οἰίας, ἀκοὴ λῆμα τε, εὐσεβίη.
 Ἄκρωσ' ἰδύδικες ΒΕΡΓΕΡ κ' εὐήγορε λάμπρε,
 ἢ γενετὴ κλήρη σύμφερειν ἀπ' ἑσέ σοι.
 Ὡς διλογίης δεσμός ἀπὸ λιμβροῦ τοῖο νόμο,
 καὶ καταβάλλεις σὺ δυσκόλα εὐδοκίη.
 Ὀλβιος ὦ μεγάλας γενετὴ δοξάζε σε αὐδῆς,
 ΚΥΡΙΟΣ ἦς κείνων, εἰς ἑσχέωμα πέλα
 ΤΩ, τὴν δεσποσίην ἵνα δεξιότητι κυβερνᾷς,
 ἠδὲ ΒΡΑΒΕΥ' ἀγαθῶς τὰς ΕΡΙ' τῆς πόλεως.
 Ἔϊτα δὲ πηδάλεον παρσβαίνης, ἔννοε ΦΙΣΧΕΡ,
 ὥτινι τὴν ἱμνὴν λῆσας ἔδων τ' ἀρετῆ.

Τὸ

Τὸ ΠΙΣΕΡΑΡΧΗΣ ἐν συνελεύσει ΝΥΝΕ νόημα
σεῖο φίλος ΚΟΙΝΟΣ τοῖσι θελοῦσιν αἴς
θρησκείῃ τείρον σε φανίσεως αἴρεται ἄλλων
ἢ ἐγνωμοσύνη πανθοῦ ἴδον καλῆς
Τὰς ὑμῖν προσουπειλάς ἢ λοιποῖσιν ἐπαίνω
Χαίρω βαλευλαῖς ἐκ κέαρς γέρα.
Εγκλείη σήδη σπυδαῖαν γλωτταν ἀμείβη,
ὡς δέα ἡ γενεῆ φῶσι, Θεῶ πιδανῶ

mente devotissima gratulab. novebat

M. Christian. Neubaur / Ling. Græc. & Ebr. P.

Magne Vir, Erfurti decus, & tutela Minerva,
Quæ tibi jam curas credit, opesq; suas.
O benè! quod nobis Dij sic favere quod distant
Prudenti & doctâ mente dedere virum,
Sub quo Relligio, socia cum Pallade, sceptrum,
Et Virtus, flammâ candidiore micent.
Suscipe nunc curas, O Vir! nunc suscipe sceptrum,
Floreat ut porrò Curia, sceptrum tene.
Te quoq; magnificis extollent laudibus omnes,
Augustumq; tuum nomen in urbe canent.

Ampliss. Dn. Fischero devotè posuit

M. Matthias Gruvius, P.

Quid queso fascies? quid purpura? quidq; Gabinuo
est cinctus? Res sunt variis obnoxia curis,
ac onus haur parvum, sub quo trepidare videmus
multos. Nil aliud sanè quàm splendida semper
vincula sunt fascies. Rerum qui trahat habenas,
imperatis non tam populo, quàm servit eidem,
si bonus esse cupit patriæ pater, atq; fidelis
commissi pastor gregis. Hinc moderamina rerum
summi saepe viri sic aversantur, ut illa
aut penitus spernant, aut tradita sceptrum capessunt
in vitis manibus. Malunt hi nempe latenter
vivere, quàm trabeâ cincti, celsosq; sedentes
in solio variis curarum fluctibus usq;
jactari. Contrâ, quid sit Respublica, quisquis
ignorat, vanos sed tantùm spectat honores,
& sua sollicitè, non publica, commoda quarit.

nec semet didicit novisse, cupidine regni
immodicâ flagrat. Edicto subscribere nomen
hinc qui vix didicit, supremos urbis honores
affectans temerè, venerandi Consulis amplum
nomen habere cupit. Sunt, quos vasana libido
regni sic agitat, cives ut perdere, totam
et gravibus patriam turbis involvere malint,
quàm sine gloriolâ vitam transmittere tempus
in lae privato. Tales non auguror esse
electos patriæ PATRES, sanctumq; Senatum,
publica cui rerum nunc est commissa potestas.

BERGERUS siquidem felix denunciat omen,
quem sibi Religio, sibi quem Respublica dudum
fœdere conjunxit stabili, propriumq; dicavit:
quem pietatis amor, nec non prudentia rara,
inclita quem virtus, præclara scientia juris,
ac usus rerum varius, benè gesta q; semper
res ornat pulchrè, toti commendat et urbi.
O minor hinc urbi nostræ contingere posse,
quod dixit Plato: TUNC EST RESPUBLICA FELIX,
PURPURA QUANDO SAPIT, VEL CUM SAPIENTIA
REGNAT.

Quid de FISCHERO dicam, qui cultor honesti
strenuus est semper, qui servantis simus æqui,
communisque boni summè studiosus amansq;?
Non minus hic dignum gestabit consule nomen.

Hæc est ergo dies, urbs quâ tu patria tandem
triste supercilium tollas, imisq; medullis
exultes, fundasq; novis gratatantia verba
PATRIBUS hanc imò promens ex pectore vocem:
Ter supreme Parens, qui vel sexcenta bonorum
Gargara terrigeris superâ dimittis ab arce,
hos serva PATRES sanos, quo neclare sane
mentis nos possint plures recreare per annos.
Fac valeant, vigeant, vireant sic usque, sub illis
ut liceat nobis tranquillam ducere vitam.

Phil. Jac. Spindler.

COELI
 BEN
 E
 DUOL
 M
 IN COELO
 POL
 DOCTRINA,
 TIA, GRAV
 REMP.
 DN. JACOB
 BERGERU
 TERTIUM CON
 LEM PRIMARIU
 CUM RELIQ. STE
 SOLE
 III.
 VOT
 GYMNASI

an 4.
 LA
 UM
 DEN-
 IN
 NEM
 M FI-
 RIMUM
 PREMIUM,
 DISS.
 OR

